Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Stella ex Jacob orta Maria

Abraham <a Sancta Clara>

Vienn. Austr., 1680

urn:nbn:de:bsz:31-75362

Visual Library

76 A
7267 RH

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

76 A 7267 RH
1629
16/210/1

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg



BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg




*Mich: Hoffman del:* *Iac: Hoffman sculp:*

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# STELLA
# EX JACOB ORTA
# MARIA,

Cujus

Sacræ LITANIÆ Lauretanæ

*Tot Symbolis, quot Tituli,*
*Tot Elogijs, quot literæ*
*In quovis Titulo*
*numerantur,*

Auctæ, & illuſtratæ ſunt
à
THEOPHILO MARIOPHILO.

VIENNÆ AUSTRIÆ,
Typis Leopoldi Voigt, ſumptibus & impenſis Franciſci Andreæ Groneri, Bibliopægi Viennenſis, Anno 1680.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

ak

76 A 7267 RH

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

# LITANIÆ LAURETANÆ
Tot Elogijs
Sacræ Scripturæ, & SS. Patrum
auctæ,
Quot literæ in quovis Titulo
numerantur.




Solare horarum ſtadium, ſi Phœbe recondas
Lucem, conducit, Cynthie, NIL, SINE TE,
Si quid virtutis, ſapientiæ habere, boniquè
Quis cupit, abſquè DEO non retinere valet.

KYRIE ELEISON.
CHRISTE ELEISON.
KYRIE ELEISON.

# CHRISTE

CHRISTE
Hæres univerſorum. (*a*)
Radix Jeſſe. (*b*)
Jesus Nazarenus. (*c*)
Salvator Chriſtus Dominus. (*d*)
Teſtis fidelis, & verus. (*e*)
Emanuel, id eſt, nobiſcum Deus. (*f*)

} Audi nos.

# CHRISTE

CHRISTE
Habens claves mortis, & inferni. (*g*)
Rex magnus ſuper omnem terram. (*h*)
Imago Dei inviſibilis. (*i*)
Sapientia ab æterno ordinata. (*k*)
Tanquàm ovis ad occiſionem ductus. (*l*)
Exſpectatio gentium. (*m*)

} Exaudi nos.

(*a*) Hebr. 1. (*b*) Iſaiæ 11. (*c*) Joan. 19. (*d*) Luc. 2. (*e*) Apoc. 3. (*f*) Matt. 1. (*g*) Apoc. 1. (*h*) Pſal. 46. (*i*) Coloſ. 1. (*k*) Prov. 8. (*l*) Act. 8. (*m*) Gen. 49.

PATER

# PATER DE COELIS DEUS.




Ut ſol cuncta ſuô ſplendenti lumine ditat,
Incrementa ſolo multiplicata ferens;
Sic Pater in cœlis reſidens Deus OMNIBUS OFFERT
Terrigenis largâ munera grata manu.

## PATER

P ater de cœlis Deus.
A gricola uſquè modo operans. (*a*)
T ibi in Filio Tuo benè complacens. (*b*)
E x quo omnia. (*c*)
R evelans myſteria parvulis, & abſcondens à prudentibus. (*d*)

Miſerere nobis.

(*a*) Joan. 15. (*b*) 1. Petri 1. (*c*) 1. Cor. 8. (*d*) Mat. 11.

DE

Deus benedictus, & Pater Domini noſtri, Jesu Chriſti. (*a*)

Eligens nos in filios, ante mundi conſtitutionem. (*b*)

COELIS

Conſolans nos in omni tribulatione noſtra. (*c*)

Omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus nos benedicens. (*d*)

Eligens nos, ut eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu Tuo. (*e*)

Luminum Pater, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit. (*f*)

In Temetipſo Pater habens vitam. (*g*)

Spiritum bonum dans petentibus Te. (*h*)

DEUS,

Deus totius conſolationis, & Pater miſericordiarum. (*i*)

Exercituum Dominus, Deus Iſrael. (*k*)

Vivificans Pater, & mortuos ſuſcitans. (*l*)

Solem ſuum oriri faciens ſuper bonos & malos. (*m*)

Miſerere nobis.

(*a*) Petri 1. (*b*) Epheſ. 1. (*c*) 2. Corint. 1. (*d*) Epheſ. 1. (*e*) Epheſ. 1. (*f*) Jacob. 1. (*g*) Joan. 5. (*h*) Luc. 11. (*i*) 2. Cor. 1. (*k*) Iſaiæ 37. (*l*) Joan. 5. (*m*) Mat. 5.

# FILI REDEMPTOR MUNDI DEUS.




Cum Præda Erumpens Delphinus, per rete piſces
Eſos profundit corporis è gremio;
Sic quoquè poſt mortem Chriſtus tetra limina limbi
Confringens ſolvit carceribus miſeros.

FILI

Fili Redemptor mundi Deus.
Jesus filius Joſeph à Nazareth. (*a*)
Leo de tribu Juda. (*b*)
In cujus nomine, omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. (*c*)

Miſerere nobis.

(*a*) Joan. 1. (*b*) Apoc. 5. (*c*) Phil. 2.



RE-

## REDEMPTOR

Rex Judæorum. (*a*)
Excelſus præ Regibus terræ. (*b*)
DEus, per quem omnia facta ſunt, & ſinè quo factum eſt nihil. (*c*)
Ex Beata Virgine natum ſanctum. (*d*)
Magnus, & Filius Altiſſimi. (*e*)
Portans omnia verbo virtutis Tuæ. (*f*)
Teſtamenti Angelus. (*g*)
Omnipotens ſermo Domini. (*h*)
Rex Iſrael. (*i*)

## MUNDI

Mitis, & humilis corde. (*k*)
Verbum caro factum. (*l*)
Noſter Advocatus apud Patrem. (*m*)
DEus noſter in terris viſus, & cum hominibus converſatus. (*n*)
In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ, abſconditi. (*o*)

## DEUS,

Dominus Legifer noſter. (*p*)
Epiſcopus, & paſtor animarũ noſtrarũ. (*q*)
Verbum plenum gratiæ, & veritatis. (*r*)
Salutare DEI noſtri. (*s*)

Miſerere nobis.

(*a*) Mat. 2. (*b*) Pſ. 88. (*c*) Joan. 1. (*d*) Luc. 1. (*e*) Luc. 1. (*f*) Hebr. 1. (*g*) Malach. 1. (*h*) Sap. 18. (*i*) Joan. 1. (*k*) Mat. 11. (*l*) Joan. 1. (*m*) Joan. 2. (*n*) Baruch 3. (*o*) Coloſ. 2. (*p*) Iſa. 33. (*q*) 1. Pet. 3. (*r*) Joan. 1. (*s*) Iſaiæ 52.

# SPIRITUS SANCTE DEUS




Sol ubi lucentes radios in ſpecula fundit,
Omnes ſuſceptos hæc regerunt radios;
Sic Ab Utroq; ſimul, Patre, Nato, ſpititus almus
Provenit, æqualis, conſimiliſquè Deus.

## SPIRITUS

Spiritus ſancte Deus,
Poſtulans Spiritus pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. (*a*)
Intellectûs, & ſapientiæ ſpiritus. (*b*)
Replens orbem terrarum Spiritus Domini. (*c*)
In Mariam ſuperveniens Spiritus. (*d*)

} Miſerere nobis.

(*a*) Rom. 8. (*b*) Iſaiæ 11. (*c*) Sap. 1. (*d*) Luc. 2.

T estimonium de Chriſto perhibens Spiritus. (*a*)
V eritatis Spiritus, ſuggerens nobis omnia. (*b*)
S piritus Dei habitans in nobis. (*c*)

SANCTE

S piritus ſanctificationis. (*d*)
A moris, fidei, & pacis Spiritus. (*e*)
N os vivificans Spiritus. (*f*)
C onſilij, & fortitudinis Spiritus. (*g*)
T imoris Domini Spiritus. (*h*)
E tiam profunda Dei perſcrutans Spiritus. (*i*)

DEUS,

D omini Spiritus ſuper Chriſtum requieſcens. (*k*)
E ffugiens fictum, nec habitans in corpore ſubdito peccatis, Spiritus diſciplinæ. (*l*)
V irtutis, dilectionis, & ſobrietatis Spiritus. (*m*)
S piritus gratiæ, & miſericordiæ. (*n*)

Miſerere nobis.

(*a*) Joan. 15. (*b*) Joan. 14. (*c*) 2. Tim. 1. (*d*) Rom. 1. (*e*) Rom. 8. (*f*) Joan. 6. (*g*) Iſa. 11 (*h*) Iſa. 11. (*i*) Cor. 2. (*k*) Iſa. 11. (*l*) Sap. 1. (*m*) 2. Tim. 1. (*n*) Heb. 10.

SAN-

# S. TRINITAS UNUS DEUS.




Iris trifariô quamvis ſit cincta colore,
ALTERÔ, in ornatu NULLUS at eſt POTIOR;
Sic etiam Pater, & Genitus, quoq; ſpiritus almus,
Perſonæ tres ſunt, unus idemquè Deus.

## SANCTA.

S ancta Trinitas unus Deus,
A ltiſſimus Dominus ſuper omnem terram. *(a)*
N oſter Deus, ignis conſumens. *(b)*
C ui ſoli debetur omnis honor, & gloria. *(c)*
T erribilis in conſilijs ſuper filios hominum. *(d)*
A pud quem tanquam momentum ſtateræ eſt orbis terrarum. *(e)*

Miſerere nobis.

(*a*) Pſ.96. (*b*) Heb.12. (*c*) 1.Tim.1. (*d*) Pſ.65. (*e*) Sap.11.

## TRINITAS

**T**ribus digitis appendens molem terræ, & librans in pondere montes. *(a)*

**R**ex ſæculorum, immortalis, inviſibilis, ſolus, ſapiens. *(b)*

**I**n cujus manu anima omnis viventis, & Spiritus univerſæ carnis. *(c)*

**N**on volens iniquitatem Deus. *(d)*

**I**n quo vivimus, movemur, & ſumus. *(e)*

**T**anquàm ea, quæ ſunt, vocans ea, quæ non ſunt. *(f)*

**A**periens manum tuam, & implens omne animal benedictione. *(g)*

**S**anctus, Sanctus, Sanctus. *(h)*

## UNUS

**U**nus Deus, & Pater omnium, qui es ſuper nos *(i)*

**N**oſter protector Deus, & merces noſtra magna nimis. *(k)*

**U**nus Legislator, & Judex, qui potes perdere, & liberare. *(l)*

**S**crutans cor, & probans renes Dominus. *(m)*

## DEUS,

**D**ominus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malũ. *(n)*

**E**x quo, per quem, & in quo ſunt omnia, *(o)*

**V**ivens in ſæcula ſæculorum, *(p)*

**S**olvens compeditos, & illuminans cæcos, *(q)*

Miſerere nobis.

*(a)* Iſa. 40. *(b)* 1. Timot. 1. *(c)* Job. 12. *(d)* Pſ. 5. *(e)* Act. 17. *(f)* Rom. 4. *(g)* Pſal. 144. *(h)* Iſa. 6. *(i)* Epheſ. 4. *(k)* Geneſ. 15. *(l)* Jerem. 32. *(m)* Jerem. 17. *(n)* Iſaiæ 45. *(o)* Rom. 11. *(p)* Apoc. 10. *(q)* Pſal. 145.

# SANCTA MARIA.




PURUS AB IMPURA, veluti fons exilit algâ,
Nativiſquè nihil ſordibus unda trahit
Sic licet infectis Majoribus orta MARIA,
Pura nihil ſcelerum, quô vitietur, habet.

## SANCTA

Sancta MARIA,
Ancilla Domini. (*a*)
Nympha DEI. (*b*)
Columba electa. (*c*)
Tota pulchra, & ſine ulla macula. (*d*)
A DEO electa, antequam nata. (*e*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Luc. 1. (*b*) Theoph. Hym. de Annunt. (*c*) Rupert. ſup. c. 6. Cant. (*d*) Rupert. ſup. c. Cant. (*e*) Andr. Hieroſ. ſerm. de Annununciatione.

## MARIA,

**M** argarita pretioſa. *(a)*
**A** byſſus humilitatis. *(b)*
**R** egis ſuperni nobiliſſima Filia. *(c)*
**I** n mulieribus benedicta. *(d)*
**A** nnæ & Joachim pignus dulciſſimũ. *(e)*

Ora pro nobis.

(*a*) Juſt. de Caſt. connub. c. 9. (*b*) Ildeph. de Part. Virg. c. 2. (*c*) S. Bern. de Nat. Virg. (*d*) Luc. 1. (*e*) Damaſcen.

SAN-

# SANCTA DEI GENITRIX.




Quâm fauſtæ Halcyones: PARET PARIENTIBUS ÆQUOR,
Et plenâ ſtratis pace foventur aquis
Virgo MARIA, Tuô partu tranquillior orbis
Factus, bella ſilent, pax ubi nata fuit.

## SANCTA

Sancta DEI Genitrix,
Ager DEI Ampliſſimus. (*a*)
Nutrix DEI. (*b*)
Civitas, in qua Altiſſimus factus eſt homo. (*c*)
Templum, ubi DEUS habitavit. (*d*)
Auctoris tui Mater. (*e*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Andr. Hieroſ. Salut. ad Virg. (*b*) Anſel. de Præd. Virg (*c*) Auguſtinus (*d*) Ildephonſ. (*e*) Auguſtin.

## DEI

Domus, ad quam ſolus fabricator ejus venit. (*a*)
Electa à Dño in habitationem ſibi. (*b*)
Janua Regis alti. (*c*)

## GENITRIX,

Genitrix ſuum gignens Genitorem. (*d*)
Ejus circumſcriptio, qui circumſcribi non poteſt. (*e*)
Nubes illa levis, quæ ſuper Cherubin ſedentem corpore Tuo geſtâſti. (*f*)
Incommutabilis, atquè ſummi Dei Mater. (*g*)
Tabernaculũ Dei vivum, & rationale. (*h*)
Receptaculum Divinitatis. (*i*)
Imperatoris cœleſtis manſio. (*k*)
X { cœlum, in quo Dominus paravit ſedem ſuam. (*l*)
ſcala Jacob, in qua Deus requievit. (*m*) }

Ora pro nobis.

(*a*) Auguſt. (*b*) Guerricus. (*c*) Eccleſ. in hym. (*d*) Auguſt. (*e*) Methodius. (*f*) Proclus. (*g*) Fulgentius. (*h*) Damaſc. orat. de Nat. Virg. (*i*) Sergius Hieropol. (*k*) Ildeph. ſerm. 2. de Virg. (*l*) Bonav. in Spec. Virg. (*m*) Damaſc. de dormit. Mariæ.

SAN-

# SANCTA VIRGO VIRGINUM.




QUÆ MINOR EST, HÆC PLURA POTEST, ex clavibus, iſthæc
Nam reſerat plures aptior arte ſeras
Annis mille quater quæ clauſum pandit Olympum,
Ancilla hæc Domini, Virgo MARIA ſuit.

## SANCTA

Sancta Virgo Virginum,
Aula Virginalis. (*a*)
Nullis terrenis affectibus inquinata Virgo. (*b*)
Corona Virginitatis. (*c*)
Tota intus & foris pulchra Virgo. (*d*)
A ſæculo electa, & DEO præparata Virgo. (*e*)

*Ora pro nobis.*

(*a*) Ildeph. (*b*) Damaſc. (*c*) Cyrill. Hom. 6. (*d*) Guerricus. (*e*) Bern. ſerm. 30. in miſſus eſt.

## VIRGO

Virgo ſinè menſura perfuſa gratiâ. (*a*)
Imago Virginitatis. (*b*)
Regia Virgo Davidicæ ſtirpis. (*c*)
Gaudium Virginum. (*d*)
Ornamentum Virginitatis. (*e*)

## VIRGINUM,

Virgo priùs ſancta, quàm nata. (*f*)
Incomparabilis Virgo. (*g*)
Regi Chriſto placens Virgo. (*h*)
Gratiarum omnium plena Virgo. (*i*)
Inter Virgines clariſſima Virgo. (*k*)
Non maledicta, & inter Virgines ſola benedicta Virgo. (*l*)
Virginitatis primiceria. (*m*)
Mentis pariter, & corporis decore præfulgida Virgo. (*n*)

Ora pro nobis.

(*a*) Dami. ſerm. de Joan. Bap. (*b*) Ambroſ. lib. 2. de Virg. (*c*) S. Leo ſerm. de Nat. (*d*) Ephrem. (*e*) Sergius Hierop. (*f*) Juſtin. de Annun. (*g*) Petr. Dami. (*h*) Epipha. (*i*) Gueric. ſerm. de Annunt. (*k*) Ildeph. (*l*) Bernard. (*m*) Chryſ. hom. 4. in Nat. (*n*) Bernar.

MA-

# MATER CHRISTI.




Aſpicis inſcriptum diſtinguere peſſula verbum;
Verte, aperit clauſas vox tibi lecta fores.
PANDITUR AD VERBUM Divinum Virgo MARIA,
Maternus Verbo ſic patet ecce ſinus.

## MATER

M ater Chriſti,
A gna, ex qua Paſtor ovem induit. (*a*)
T ellus, ex qua novus Adam formatus eſt. (*b*)
E lecta ad generandum unigenitum Dei Filium. (*c*)
R egia purpura, quæ Chriſtum induit. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Damaſc. orat. de Nat. (*b*) Andr. Hieroſ. hom. 2. de Aſſumpt. (*c*) Ambroſius. (*d*) Ephr. hom. de Annunt.

## CHRISTI,

**C**oncha, quæ Chriſtum ingentis pretij unionem peperiſti. (*a*)
**H**abitaculum unigeniti Dei Patris, ſancti Spiritûs operatione conſtitutũ. (*b*)
**R**egnantis Chriſti palatium. (*c*)
**J**anua Filij Dei. (*d*)
**S**olum opus Incarnationis Filij Dei. (*e*)
**T**emplum habens cœleſtem lapidem, Chriſtum. (*f*)
**I**llius geſtatrix, qui verbo portat univerſa. (*g*)

Ora pro nobis.

(*a*) Damaſc. 1. de Nat. Virg. (*b*) Sixtus IV. (*c*) Guerricus. (*d*) Auguſt. ſerm. 6. de temp. (*e*) Ildeph. lib. de Virg. (*f*) Epiphanius. (*g*) Method. de hypop.

# MATER DIVINÆ GRATIÆ




HAURIT INEXHAUSTUM rota vaſibus aucta profundum:
Sufficit æternô gurgite pontus aquas;
Plurima quantumvìs de Virgine munera ſumis,
Plura MARIA tenet: quàm maria ampla ſient.

## MATER

M ater Divinæ gratiæ.
A byſſus gratiæ. (*a*)
T erebintus extendens ramos gratiæ. (*b*)
E xcellentiſſima Mulier, in quam venit tota gratiæ plenitudo. (*c*)
R oris cœleſtis, & gratiarum plena. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Dam. de dor. Virg. (*b*) Bonav. in ſpec. c. 4. (*c*) Ildeph, de Aſſumpt. ſerm. 2. (*d*) Bernardus.

# DIVINÆ

Divina gratia perfecta. (*a*)
Inventrix gratiæ. (*b*)
Univerſa congregatio gratiarum. (*c*)
Immenſum mare, in quod intrant omnia flumina gratiarum. (*d*)
Nobis gratiam transfundens Mulier. (*e*)
Arx gratiæ. (*f*)
Exundans fluvius gratiæ. (*g*)

# GRATIÆ,

Gratia plena. (*h*)
Repleta tota Spiritûs ſancti gratiâ. (*i*)
Aquæductus Divinæ gratiæ. (*k*)
Thronus gratiæ Dei. (*l*)
Inexhauſtus fons gratiæ. (*m*)
Alveus divinæ gratiæ. (*n*)
Electum Sacrarium gratiæ. (*o*)

Ora pro nobis.

(*a*) Germ. conſtant. (*b*) Bernar. ſerm. de Verb. Apoc. (*c*) Bonav. in ſpec. c. 70. (*d*) Bon. in ſpec. c. 3. (*e*) Auguſt. (*f*) Thaum. orat. de Aſſumpt. (*g*) Bon. in car. Virg. (*h*) Luc. 1. (*i*) Sophronius (*k*) Bernar. de Nat. Virg. (*l*) Bon. in ſpec. c. 4. (*m*) Ephr. orat. de Laud. Virg. (*n*) Bonav. ſerm. de Nat. Virg. (*o*) Guerricus.

# MATER PURISSIMA




UNA, NEC UNA tamen vox fiat: cuncta creantur
Voce hâc, aſt eadem, cùm recreantur, erat.
Ipsâ voce Deus mortalibus induit artus:
Hâc immortali Virgo MARIA Deo.

## MATER.

M ater puriſſima.
A lieniſſima ab omni labe peccati. (*a*)
T ela puriſſima, ex qua Salvatoris tunica confecta eſt. (*b*)
E xpers vitiorum cubile. (*c*)
R egina immaculata. (*d*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Ephr. hom. de Laud. Virg. (*b*) Procl. in con. Eph. c. 6. (*c*) Niſſe. hom. 18. in Lau. (*d*) S. Marc. in liturg.

Pura columba. (*a*)
Veſtis abſq; macula ejus, qui induit lumen, ſicut veſtimentum. (*b*)
Radijs, ac fulgoribus ſolis candidior. (*c*)
Janua Virginea, ac Divina. (*d*)
Simulacrum puritatis, & integritatis. (*e*)
Speculum ſine macula. (*f*)
Integra Mater. (*g*)
Munda cella Deitatis. (*h*)
Auro purior. (*i*)

Ora pro nobis.

(*a*) Epiph. orat. ad Virg. (*b*) Methodius. (*c*) Ephr. orat. ad Virg. (*d*) Damaſ. de Nat. orat. 1. (*e*) Thaum. ſer. 1. de Aſc. (*f*) Sapien. 7. (*g*) Auguſt. (*h*) Bonav. in Cant. Virg. tit. 8. (*i*) Laur. Juſt. de Caſt. Connub. c. 9.




Hortũ Auſter perflat: Hôc Aspirante Virebit,
Flos patet ad ventos: ſpirat aroma notis.
Spiritus Almus ubi te afflavit Virgo Maria,
Flos campi caſto prodijt ex utero.

MATER

M ater caſtiſſima,
A lma Mater æterni Regis. (*a*)
T urtur munda. (*b*)
E xemplar continentiæ. (*c*)
R egalis Aula, non viro ſubdita, ſed ſoli Deo. (*d*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Jul. 6. (*b*) Heſich. orat. 2. (*c*) Juſt. ſerm. de Nat. Virg. Mar. (*d*) Ambr. Octob. 13.

# CASTISSIMA,

C ubiculum ortûs Chriſti purum. (*a*)
A Joſeph non cognita conjunx. (*b*)
S piritu ſancto fœcundata, & nunquam virginitate caritura. (*c*)
T heſaurus impollutus, & purus Virginitatis illibatæ. (*d*)
I mmaculata Deipara. (*e*)
S ingulariter, & ſine exemplo Mater, & Virgo. (*f*)
S inè contaminatione concipiens, & ſinè dolore pariens. (*g*)
I ntacta vitis. (*h*)
M ater caſta, ſola Creatore digna. (*i*)
A nte partum, in partu, & poſt partum clauſa. (*k*)

Ora pro nobis.

(*a*) Chryſ. homil. de Ann. (*b*) Auguſt. (*c*) Leo. (*d*) Procl. dec. 30. (*e*) Athan. orat. de Ann. (*f*) Guerricus (*g*) Ildeph. (*h*) Heſich. (*i*) Damaſc. (*k*) Emiſſen.

MATER

# MATER INVIOLATA.




Concha parit gem̃am COELO FOECUNDA PARENTE.
Conceptus tenui rore parente ſuit;
Sic fœcunda parit dum Virgo MARIA tonantem,
Sol Deus eſt, JESUS Unio, Concha Parens.

## MATER

M ater inviolata,
A ger minimè cultus. (*a*)
T erra incorrupta, cui benedixit Dominus. (*b*)
E bur ſolidum, quod nec partus violavit. (*c*)
R ubus ardens incombuſtus. (*d*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Epiph. ſerm. de Laud. Virg. (*b*) S. Bruno in Pſal. 101. (*c*) Guerric. (*d*) Niſſen. de vit. Moy.

# INVIOLATA,

Janua, quam Verbum ſolum pertranſijt. (*a*)
Nubes cœleſtem imbrem demittens, quô terra irrigatur. (*b*)
Veſtimentum Dei impollutum. (*c*)
Illæſa manens Mulier amicta ſole. (*d*)
Obſignatus Liber. (*e*)
Libanus non inciſus. (*f*)
Aurum minimè adulteratum. (*g*)
Terra ſine ſemine, & fructum germinans Salvatorem. (*h*)
A Deo peragrata, nec tamen aperta porta. (*i*)

Ora pro nobis.

(*a*) Hym. Græc. apud But. p. 126. (*b*) Epiph. orat. de Laud. Virg. (*c*) Method. orat. 16. Hyp. (*d*) Bern. (*o*) Greg. Niſſ. de obi. Virg. (*f*) Meth. de Hypop. (*g*) Damaſc. ſerm. 1. de Nat. Virg. (*h*) Theod. (*i*) Ambr.

# MATER INTEMERATA.




Aſpicis, ut vitreum radijs penetrantibus orbem
CLAUSUM Sol TRANSIT, vitraquè nulla ferit
Virgo MARIA inſtar vitri ſuſcepit JESUM;
Intactâ eſt natus Virginitate Deus.

## MATER

M ater intemerata,
A bſq; viro virum concipiens fœmina. (*a*)
T emplum indiſſolubile, continens Eum, qui nuſquam contineri poteſt. (*b*)
E xpers corruptionis. (*c*)
R equies Dei glorioſa. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Auguſt. (*b*) Cyril. (*c*) Chryſ. (*d*) Heſich. ſerm. de Virg.

## INTEMERATA,

I nfractus peſſulus pudoris. (*a*)
N exus Virginitatis, & puerperij. (*b*)
T ota ſole veſtita nubes. (*c*)
E x quacunq; parte fons clauſus. (*d*)
M ons nullatenus inciſus, præruptam habens petram. (*e*)
E xpers virga omnis nodoſitatis. (*f*)
R efragrans thalamus Virginitatis. (*g*)
A urora, de qua naſcitur ſol juſtitiæ. (*h*)
T emplum, ad quod Dominus in nebula deſcendit. (*i*)
A nte conjugiū, & in conjugio Virgo. (*k*)

Ora pro nobis.

(*a*) Auguſt. ſer. 17. de Nat. Virg. (*b*) Hym. Græc. apud But. P. 126. (*c*) Bern. ſerm. de Verb. Apoc. (*d*) Heſich. (*e*) Epiph. (*f*) Dami. ſerm. de Ann. (*g*) Juſtin. de Caſt. Connub. c. 9. (*h*) Petr. Dam. ſerm. de Aſſumpt. (*i*) Petr. Dami. (*k*) Auguſt.

# MATER AMABILIS.




Frondibus æſtivas malus rapit obvia flammas,
Atq; Tegit folijs, fructibus arbor Alit;
Hoſpitibus fructum cœleſtem Virgo Maria
Præbet, ab inferni protegit Illa rogo.

## MATER

Mater amabilis.
Amatrix hominum. (*a*)
Terra verè deſiderabilis. (*b*)
Erogatio munerum. (*c*)
Radix bonorum omnium. (*d*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Bonav. in Lit. Virg. (*b*) pſal. 77. (*c*) Bonav. in hymn. te Deum. (*d*) Chryſt. orat. ad Virg.

AMA-

## AMABILIS,

**A** pis parvula, cujus fructus eſt dulciſſimus. (*a*)

**M** ater pulchræ dilectionis. (*b*)

**A** ngelorum, & hominum cibum nutriens Mater. (*c*)

**B** enedictionis novæ fluentum. (*d*)

**I** nnixa ſuper dilectũ, delitijs affluens. (*e*)

**L** ignum plantatum ſecùs decurſus aquarum. (*f*)

**I** nſigne felicitatis æternæ. (*g*)

**S** pes noſtra ſecuriſſima, atquè ſanctiſſima. (*h*)

Ora pro nobis.

(*a*) Bonav. in Lit. Virg. c. 16. (*b*) Eccl. 24. (*c*) Ildeph. (*d*) Damaſc. ſerm. de Nat. Virg. (*e*) Bern. ſerm. de Verb. Apoc. (*f*) Damaſc. 1. de Nat. Virg. (*g*) Dion. Ep. ad Paul. (*h*) Ephr.



# MATER ADMIRABILIS.




Qui terras ſuperat ſpeculari TOTUS IN ORBE
PARVO, immiſſis ſol cernitur axe rotis.
O quàm diſſimilis ſpeculo, ſimiliſquè MARIA eſt!
Hoc totum orbe diem continet, illa Deum.

MATER

Mater admirabilis.
Aula Divinorum myſteriorum. (*a*)
Templum ſanctum, & admirabile altiſſimi Dei. (*b*)
Effectrix miraculorum. (*c*)
Roris incomprehenſibilis vellus. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Epiphan. de inſt. c. 7. (*b*) Damaſc. (*c*) Ant. Cret. de Aſſumpt. Virg. (*d*) Meth. orat. ad hyp.

ADMI-

## ADMIRABILIS,

Arca Noe largior, & illuſtrior. (*a*)
Domus, quam Spiritus ſanctus poſſidebat. (*b*)
Major cœlo, orbe latior, fortior terra. (*c*)
Ineffabilis Mulier, & ſtupenda omni ſæculo. (*d*)
Regina naturæ. (*e*)
Abyſſus miraculorum. (*f*)
Benedicta ab Angelo in terris. (*g*)
Inter ſe unitarum naturarum officina. (*h*)
Lactans Virgo. (*i*)
Ignis portatrix. (*k*)
Signum magnum apparens in cœlo. (*l*)

Ora pro nobis.

(*a*) Heſich. ſer. 1. de B. V. (*b*) Cypria. (*c*) Chryſ. ſer. 140. (*d*) Anſel. de Excell. Virg. (*e*) Dam. orat. 3. de Nat. Virg. (*f*) Dam. ſer. 1. de Nat. Virg. (*g*) Bernar. (*h*) Procl. in Connub. Epheſ. c. 7. (*i*) Fulb. (*k*) Cath. Sen. ſer. 11. de Ann. (*l*) Apoc. 12.

MATER

# MATER CREATORIS.




UT lectica FERAT, FERTUR; namquè ordine tali
Alterius ſic res altera poſcit opem ;
Portans portantem Te, Virgo MARIA, Tonantem,
Perſimilis ferclô tunc Salomonis eras.

## MATER

Mater Creatoris.
Arbor æterno Patri facta, cui Divinitas fuit inſerta. (*a*)
Templum unicum Factoris ſui. (*b*)
Electa Mater capitis noſtri. (*c*)
Requies Domini in ſæculum ſæculi. (*d*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Ephr. (*b*) Ildeph. de Virg. Mar. c. 10. (*c*) Auguſt. (*d*) Guerricus.

Civitas Dei. (*a*)
Regis Regum Mater. (*b*)
Expreſſam Dei imaginē fons redolens. (*c*)
A Deo ſibi præparata Mater. (*d*)
Thronus Creatoris noſtri glorioſiſſimus. (*e*)
Oliva in Domo Dei fructifera. (*f*)
Regem enixa puerpera, qui cœlum, terramq́; regit per ſæcula. (*g*)
Inclyta arca, cujus Architectus, & incola, eſt Deus. (*h*)
Sol, in quo Deus poſuit tabernaculū. (*i*)

Ora pro nobis.

(*a*) Aug. lib. 7. de civ. c. 16. (*b*) Dam. ſer. 2. de Nat. Virg. (*c*) Ambroſ. 2. de Virg. c. 82. (*d*) Ildeph. (*e*) Ephr. (*f*) Dam. orat. de Nativ. Mar. (*g*) Beda. (*h*) Chriſip. orat. de Virg. (*i*) Pſal. 18.

# MATER SALVATORIS.




Purpureos inter latices natat unio candens
IN CANDORE RUBOR, candor & ipſe nitet;
Quando cruentatum JESUM ulnis Virgo MARIA
Suſtinuit, conchæ par fuit illa rubræ.

## MATER

Mater Salvatoris,
Adminiſtra ſalutis univerſi. (*a*)
Terræ medium, in quo Chriſtus operatus eſt ſalutem. (*b*)
Ebur nitidum, oculis Chriſti placens (*c*)
Redemptionis Chriſti primiceria. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Dam. orat. 1. de Nat. (*b*) Bern. (*c*) Guerric. (*d*) Georg. Ven. tom. 3. Cant. 2.

SALVATORIS.

Stella fulgentiſſima, ex qua Chriſtus proceſſit. (*a*)
Agnum Dei proferens. (*b*)
Levis nubes, quæ remiſſionem peccatorum utero geſtabas. (*c*)
Via Regia Salvatoris. (*d*)
Aditus recuperationis. (*e*)
Theſauri gazophilacium, de quo ſumus de cruenti prædonis ſervitio redempti. (*f*)
Origo ſalutis. (*g*)
Reparatrix perditi orbis. (*h*)
Judicis, & Redemptoris Mater. (*i*)
Salutis Mediatrix. (*k*)

Ora pro nobis.

(*a*) Ephr. orat. ad Virg. (*b*) Dam. orat. 1. de Nat. Mar. (*c*) Ambr. (*d*) Bern. ſer. 2. de Adv. (*e*) Anſel. de prec. ad Virg. (*f*) Petr.Dam. (*g*) Innoc. III. (*h*) Ildeph. ſer. 1. de Aſſumpt. (*i*) Bern. (*k*) Bern.

# VIRGO PRUDENTISSIMA.




En vas diſtillans, QUOD SECERNIT MELIORA
Cunctaquè de vili quod pretioſa trahit;
Humana eſt omnis prudentia nulla, electa
Optima pars â Te, Virgo MARIA, fuit.

VIRGO

V irgo prudentiſſima,
I n ſilentio temperans Virgo. (*a*)
R eligionis noſtræ Magiſtra. (*b*)
G ravis verbis, animo prudens Virgo. (*c*)
O ccultorum, & profundorum divinæ incomprehenſibilitatis declaratio. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Bern. Dom. Trinit. (*b*) Igna. Epiſ. ad Joan. (*c*) Ambr. (*d*) Creten. orat. 2. de Aſſumpt.

# PRUDENTISSIMA,

P rinceps omnium prudentiſſima, ac ſagaciſſima. (*a*)
R evelationum Divinarum fons. (*b*)
V irgo, in qua ſunt theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. (*c*)
D octrix Doctorum. (*d*)
E orum conciliatio, qui malè diſſentiunt. (*e*)
N oſtræ dubitationis directio. (*f*)
T rinitatis totius diſcipula. (*g*)
I n miniſterio ſibi credito cauta Virgo. (*h*)
S tudioſior legendi, parcior loquendi Virgo. (*i*)
S cientia ſcientiarum ſanctarum. (*k*)
I n actione bene feſtinans. (*l*)
M ultis oculis perſpicatior claris ſpiritibus. (*m*)
A bigail ſapiens Dominum peccatoribus reconcilians. (*n*)

Ora pro nobis.

(*a*) Ephr. (*b*) Heli. Cret. de Dor. Virg. (*c*) Anſel. Luc. 10. (*d*) Idio. contempl. c. 3. (*e*) Germ. Conſt. (*f*) Ger. Conſt. in En. Virg. (*g*) Hiero. ſerm. 1. de Virg. (*h*) Ildeph. oct. Aſcenſ. (*i*) Ambr. (*k*) Bern. in Salve. (*l*) Bonav. (*m*) Ephr. ad Lit. Virg. tom. 3. (*n*) Bonav.

# VIRGO VENERANDA.




ARTIFICEM COMMENDAT OPUS, dûm tela figuris
Dædaleâ ludit condecorata manu;
Virgo MARIA, DEI MATER præviſa ſupremi
Naſcitur, Artificem quis neget eſſe Deum?

## VIRGO

V irgo veneranda,
I ntegritas omnium virtutum. (*a*)
R achel pulcherrima. (*b*)
G emmis omnibus pretioſior. (*c*)
O rnamentum humani generis. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Ildeph. ſer. 2. Aſſ. (*b*) Bern. ſerm. 2. in miſſus. (*c*) Juſt. de Caſt. Con. c. 9. (*d*) Dam.

# VENERANDA,

V irgo ab antiquis generationibus electa. (*a*)
E xcellens dignitate res omnes conditas. (*b*)
N oſtrorum parentum gloria. (*c*)
E xemplum humilitatis. (*d*)
R epleta donis cœleſtibus. (*e*)
A ula pietatis. (*f*)
N ata Virgo, per quam omnes renaſcimur. (*g*)
D ecora, ſicut Hieruſalem. (*h*)
A ltior omnibus, excepto ſolo Deo. (*i*)

Ora pro nobis.

(*a*) Dam. (*b*) Dam. (*c*) Jacob. in Liturgia. (*d*) Bonav. in hymn. te Deum. (*e*) Ildeph. (*f*) Anſel. de prec. ad B. Virg. (*g*) Petr. Dam. (*h*) Cant. 6. (*i*) Andr. Cret.

# VIRGO PRÆDICANDA.




Obſideant tenebræ cœlum: SAT LUCIS AB UNO EST,
Sol ſatis eſt ſolus, lux ſatis una polo;
Virgo MARIA, tuum licet hæreſis atret honorem,
Ex tenebris major gratia lucis erit.

## VIRGO

Virgo prædicanda,
Ingreſſa ad nuptias æternas. *(a)*
Rivulus honeſtatis. *(b)*
Germen promiſſionis. *(c)*
Orta ex Regibus. *(d)*

Ora pro nobis.

*(a)* Ildeph. *(b)* Juſt. de Caſt. connub. c. 9. *(c)* Dam. *(d)* Bernard.

## PRÆDICANDA,

P ræſtantior omnibus viſibilibus, & inviſibilibus operibus declarata. (*a*)

R adix ſancta. (*b*)

A ula virrutum nitore pudoris clariſſima. (*c*)

E lecta à Deo, antequàm genita. (*d*)

D ei capax Virgo. (*e*)

I ncomparabilibus illuſtrata meritis. (*f*)

C edrus in Libano exaltata. (*g*)

A quila ſingularis. (*h*)

N obile Triclinium Sanctiſſimæ Trinitatis. (*i*)

D onum maximè novum, & divinum. (*k*)

A ttollens ſe Cypreſſus. (*l*)

Ora pro nobis.

(*a*) Meth. (*b*) Eccl. in hym. (*c*) Ildeph. de Virg. Mar. c. 2. (*d*) Andr. Cret. (*e*) Hilar. in Pſal. 118. (*f*) Greg. Pa. (*g*) Eccl. 24. (*h*) Bern. in ſerm. 2. in Heb. (*i*) Bonav. in hym. Te Virg. (*k*) Germ. Conſt. (*l*) Juſt. Bern. de Nat. Mar.

# VIRGO POTENS.




Moyſis dextra manus cum Virgæ VERBERE FRANGIT
PETRAS, exquè illis rupibus haurit aquas.
Plus potuêre tuæ vires, ô Virgo MARIA,
Ex duris lachrymas cordibus eliciunt.

## VIRGO

V irgo potens,
J udith continens, quæ Holofernis caput amputâſti. (*a*)
R egum, & Regnorum Princeps. (*b*)
G loriſa Leæna de tribu David. (*c*)
O mnis armatura fortium. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Hiero. (*b*) Bonav. in Pſalm. Minor. (*c*) Epiph. cont. Hær. 3. (*d*) Cantic. 4.

## POTENS,

P rotectio omnium noſtra inſignis, & gloria. (*a*)
O mnium creaturarum Dominatrix. (*b*)
T erribilis ut caſtrorū acies ordinata. (*c*)
E va nova diabolum deijciens. (*d*)
N oſtræ debilitatis potentia. (*e*)
S ubditum Deum habens Ancilla. (*f*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Ephr. (*b*) Damaſc. (*c*) Cantic. 6. (*d*) Chryſip. Jeroſol. Apoc. 18. (*e*) Germ. Conſt. in Encom. Virg. (*f*) Ildephonſus de Virg. Mar. c. 18.




VIR-

# VIRGO CLEMENS.




OMNES una INTER pecudes eſt MITIS ovina,
Manſuetudo gregem ſola ovium decorat;
Mitis præ cunctis eſt Virgo MARIA, ſolutos
Culpis, ac caſtos; nos facit, atquè pios.

## VIRGO

Virgo clemens,
In miſericordia abyſſus profundiſſima. (a)
Remuneratio omnium bonorum. (b)
Gratioſa, & amabilis oculis omnium. (c)
Omnis boni plenitudo. (d)

Ora pro nobis.

(a) Bonav. in ſpec. c. 5. (b) Germ. Conſt. ſerm. 2. (c) Bern. in Salve. (d) Bern. de Nat. Mar.

# CLEMENS,

**C**œleſtis paradyſus, ex quo omnia gratiarum germina. (*a*)
**L**ocupletans theſaurus. (*b*)
**E**xſpectatio præmiorum noſtrorum. (*c*)
**M**anſuetiſſima per lenitatem. (*d*)
**E**xorabilis omnibus, & clementiſſima. (*e*)
**N**oſtra benigniſſima Domina. (*f*)
**S**ubſidium promptum omnibus poſcentibus. (*g*)

Ora pro nobis.

(*a*) Rup. lib. 4. in Cantic. (*b*) Heſich. orat. 2. (*c*) Aug. ſer. 2. de Annunt. (*d*) Bonav. (*e*) Bern. ſerm. de Verb. Apoc. (*f*) Dami. ſer. 1. de Nat. Virg. (*g*) Ephr.






Lux Nocte Iſacidas, Ac Umbra Die comitatur,
Nubis mane, ignis nocte columna præit;
Virgo Maria pari polles virtute: tenebras
Nam tua lux mentis temperat, umbra faces.

VIRGO

Virgo fidelis,
Ignis columna. (a)
Rectæ fidei norma. (b)
Generis humani bonum. (c)
Oratrix ſedula, & pervigil ad Regem, quem genuit pro ſalute fideliũ. (d)

Ora pro nobis.

(a) Exod. 13. (b) Cyr. homil. 6. con. Neſt. (c) Nazian. in Chriſt. pat. (d) Sixtus IV.

## FIDELIS.

Fiducia noſtra maxima. *(a)*
In propoſito Virgo fortis. *(b)*
Dulcedo animarum credentium. *(c)*
Eorum renovatio, quæ erant invetera-ta. *(d)*
Liberans Eſther populum Dei. *(e)*
In Te confidentium propugnatrix. *(f)*
Salutifera, atq; ſinceriſſima Virgo. *(g)*

} Ora pro nobis.

(*a*) Bern. ſerm. de Nat. Mar. (*b*) Bern. Dom. Trin. (*c*) Bern. in Salve. (*d*) Germ. Conſt. (*e*) Bonav. in carm. (*f*) Ephr. hom. de Annunt. (*g*) Leo.

# SPECULUM JUSTITIÆ.




Ad vitreum quiſquis formam ſpeculaberis orbem,
ASPICE, UT EMENDES, quæ tibi menda ſiet
Virginis exemplar vigil inſpice, flectere mores
Virgo MARIA ſuis moribus una poteſt.

## SPECULUM

S peculum juſtitiæ,
P orta, per quam Sol Juſtitiæ ingreditur, & egreditur. (*a*)
E fficaciter & ſuppliciter ſalutis noſtræ negotia pertractans Advocata. (*b*)
C œlum, ex quo Sol Juſtitiæ ortus eſt. (*c*)
V irga per juſtitiam recta. (*d*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Hier. ſer. 6. int. oct. Paſ. (*b*) Bern. (*c*) Dam. (*d*) Innoc.

Legem ſcriptam mortalibus adferens tabula. (*a*)
Virgo juſta in confeſſione. (*b*)
Munimentum juſtitiæ. (*c*)

## JUSTITIÆ.

Juſtorum gloria, & corona. (*d*)
Univerſi orbis conciliatrix. (*e*)
Specialiſſimus mundus in juſtitia fundatus. (*f*)
Terra, de qua veritas orta eſt. (*g*)
Juſtorum promotrix. (*h*)
Thronus Judicis. (*i*)
Juſtum germen David. (*k*)
Advocata Evæ. (*l*)
Electa Virga Regis, ad ſalutem. (*m*)

Ora pro nobis.

(*a*) Ephr. (*b*) Bern. Dom. Trin. (*c*) Thaum. ſer. 2. de Aſſ. (*d*) Bern. tom. 2. ſerm. 51. (*e*) Ephr. orat. ad Virg. (*f*) Bern. de verb. Apoc. (*g*) Aug. ſerm. 3. fer. poſt quart. Dom. (*h*) Dam. in hym. Te Deum. (*i*) Bonav. in Pſal. Min. (*k*) Iren. lib. 5. cont. Hære. (*l*) Ambroſ.

# SEDES SAPIENTIÆ




En librum clauſum: DOCTIS HIC SERVIT APERTUS.
Non prodeſt clauſus, nil rudibuſquè favet;
Inſpicias dotes, quas Virgo MARIA recondit,
In libro hoc quævis littera pondus habet.

## SEDES

Sedes ſapientiæ,
Eburneus thronus Salomonis. (*a*)
Domus Dei magna, quam ſapientia ſibi ædificavit. (*b*)
Exhibens liber mundo verbum Patris. (*c*)
Sceptrum rectæ doctrinæ. (*d*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Bern. ſerm. de Nat. Mar. (*b*) Method. (*c*) Epiph. cont. hære. 3. (*d*) Cyril. tom. 2. hom. 6.

## SAPIENTIÆ,

Suſtentaculum, & aſcenſus totius contemplationis. (*a*)
Abyſſus ſapientiæ. (*b*)
Præcognitionis arcanæ tuba clariſſima. (*c*)
Intelligibilis ſolis oriens. (*d*)
Excelſa cathedra Cherubin. (*e*)
Novi teſtamenti volumen. (*f*)
Tabula, à Deo impreſſa characteribus, in qua eſt ſcriptum Dei Verbum. (*g*)
Intellectuale ſpeculum contemplationis. (*h*)
Animæ noſtræ tenebroſæ lucidiſſima lampas. (*i*)
Evangeliſtarum Magiſtra. (*k*)

Ora pro nobis.

(*a*) Cret. orat. 2. de Aſſumpt. (*b*) Bern. ſer. 1. in ſig. Mag. (*c*) And. Hieroſ. in miſſus eſt. (*d*) Thaum. hom. 1. de Annunt. (*e*) Heſich. ſer. 2. de Virg. (*f*) Cret. orat. 2. Aſſumpt. (*g*) Georg. Nicom. (*h*) And. Hieroſ. orat. 2. Aſſumpt. (*i*) Germ. Conſt. (*k*) Aug. 3. decivit.

# CAUSA NOSTRÆ LÆTITIÆ.




Haurit ab æquoreo nubes ſalſa æquora ponto:
A ſole excocta hæc Dulcior Inde Redit;
Virgo Maria hauſit Chriſtô patiente dolorem
Multum, exſurgente hôc gaudia mille tulit.

## CAUSA

C auſa noſtræ lætitiæ,
A ſcendens Virgo de deſerto, delitijs affluens. (*a*)
V itis lætificans glorificantes Te. (*b*)
S piritûs ſancti cithara. (*c*)
A quæductus noſter deſiderabilis. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Bern. (*b*) Thaum. hom. 3. Annunt. (*c*) Bonav. in car. Virg. lit. A. (*d*) Bern.

## NOSTRÆ

Noſtra dulcedo. (*a*)
Oblectamentũ omnium terrigenarũ. (*b*)
Sonora, & dulcis melodia. (*c*)
Totius Trinitatis gaudium. (*d*)
Recreatio noſtra ſola relicta in terra. (*e*)
Ad omnem harmoniam diſpoſitum organum. (*f*)
Exultatio, & gaudium commune mundi. (*g*)

## LÆTITIÆ,

Locus voluptatis, de quo fluvius egreditur irrigans paradyſum. (*h*)
Amœnitatis totius paradyſus. (*i*)
Exultatio cœlorum. (*k*)
Terra inenarrabilis cœleſtis panis. (*l*)
Indeſinens lætitia noſtra. (*m*)
Theſaurus Divinus vitam adferens. (*n*)
Inexhauſtum gaudij pelagus. (*o*)
Aperiens omnibus ſinũ miſericordiæ. (*p*)
Exultatio olei unctionis. (*q*)

Ora pro nobis.

(*a*) Eccl. in Salv. (*b*) Ephr. orat. de laud. Virg. (*c*) Bonav. in Lit. Virg. (*d*) Bonav. in hym. te Virg. (*e*) Dam. (*f*) Gerſ. tract. 2. Cantic. (*g*) S. Germ. orat. de Nat. B. Virg. (*h*) Rup. lib. 4. in Cantic. (*i*) Ephr. (*k*) Cyril. homil. 6. (*l*) Dam. (*m*) Meth. (*n*) Dam. (*o*) Dam. de Dorm. Virg. (*p*) Bern. (*q*) Andr. Cret.

VAS

# VAS SPIRITUALE.




Votum erat hoc quondam Bacchi de claſſe miniſtris,
    Ut nunquàm vacuus tangeret ora ſcyphus;
Crater inexhauſti Divini plenus amoris,
    Myſta, MARIA tibi eſt, OMNIBUS iſte SATIS.

## VAS

V as ſpirituale,
A ltare Dei. (a)
S edes vivifici frumenti. (b)

} Ora pro nobis.

(a) Ambr. in Pſal. 42. (b) Dam.

# SPIRITUALE.

Sanctuarium Spiritûs ſancti. (*a*)
Pinguedo omnis ſacrificij. (*b*)
Incenſum cœli & terræ. (*c*)
Receptaculum Divinitatis. (*d*)
Intellectualis menſa fidei. (*e*)
Tabernaculum habens Sancta Sanctorum. (*f*)
Urna aurea continens manna cœleſte. (*g*)
Arca Sacra, & animata Dei viventis. (*h*)
Lucerna Domini. (*i*)
Eccleſiæ candelabrum aureum. (*k*)

Ora pro nobis.

(*a*) Hiero. (*b*) Meth. orat. de hypo. (*c*) Epiphan. orat. de Virg. (*d*) Serg. Hierop. (*e*) Epiph. orat. de Lit. Virg. (*f*) Arn. ſer. de Lit. Virg. (*g*) Andr. Cret. (*h*) Dam. (*i*) Idiot. Cont. c. 10. (*k*) Epiph. orat. ad Virg.

# VAS HONORABILE.




Vidi ego de luteis vas non ignobile glebis,
　　VAS IN HONOREM abaci ſæpè fuiſſe ſui.
Fœmina vas luteum eſt, ex omnibus una MARIA,
　　Eruta Virgo lutô: ſed tamen abſquè luto.

VAS

V as honorabile,
A bacus gloriæ Dei. (*a*)
S acrarium Sanctimoniæ. (*b*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Pſal. 79. ex Hebr. Galat. ex Hebr. lib. 17. c. 18. (*b*) Juſt. ſerm. de Nat. Virg.

## HONORABILE,

**H** æredem teſtamenti geſtans arca. (*a*)
**O** rbi nectar Divinum propinans calix. (*b*)
**N** ovæ gloriæ ara. (*c*)
**O** mnium ſacerdotũ gloria, & lætitia. (*d*)
**R** egalis olla ſpei noſtræ. (*e*)
**A** ltare thymiamatis. (*f*)
**B** ethlehemitica ciſterna. (*g*)
**I** gnem à cœlo accipiens candelabrũ. (*h*)
**L** audatiſſimum Dei tabernaculum. (*i*)
**E** xcipiens clibanus panem cœleſtem. (*k*)

Ora pro nobis.

(*a*) Ambr. (*b*) Bonav. in Pſal. minòr. (*c*) And. Hier. ſer. 2. Aſſumpt. (*d*) Ephr. de laud. Mar. (*e*) Ambr. in Inſt. Virg. (*f*) Bonav. in ſpec. c. 5. (*g*) Method. orat. de hypo. (*h*) Epiph. orat. ad Virg. (*i*) Dion. Alexand. cont. Pau. (*k*) Petr. Cel. 4. de Pan.



# VAS INSIGNE DEVOTIONIS.




Ignis in optatos ſumos diſſolvit aroma,
Sic Moriens Placet, & paſcit odore polos;
Fumi virga, Maria fuit virtutis odore,
Ignis amor, fumus vita, quieſquè Deus.

VAS

V as inſigne devotionis,
A dornatum Templum à Spiritu ſancto. (*a*)
S acerdos pariter, & altare panis vitæ. (*b*)

INSIGNE

I ntelligens arca hypoſtaſis verbi Dei. (*c*)
N ova theca unguenti, quod minimè exinanitur. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Cypr. (*b*) Epiph. de laud. Virg. (*c*) Dam. de Nat. Virg. ſerm. 2. (*d*) Cret. hom. 2. Aſſumpt.

**S** tupendus Eccleſiæ theſaurus. (*a*)
**I** nextinguibile lumen. (*b*)
**G** edeonis concha rorida. (*c*)
**N** ova arca Dei, in qua Dei Spiritus conquieſcit. (*d*)
**E** ccleſiarum Dei forma. (*e*)

## DEVOTIONIS,

**D** ivinum, ac vivificum ſimulacrum. (*f*)
**E** lectum vas Dei. (*g*)
**V** irginea menſa virtutibus locuples. (*h*)
**O** ris expers lucerna, quæ à ſe jugiter ardet. (*i*)
**T** huribulum aureum. (*k*)
**I** mmunis, & ſacerdotalis terra. (*l*)
**O** pificem claudens ſimulacrum. (*m*)
**N** ova theca unguentaria, è qua ſuaviter halans unguentum ebullit. (*n*)
**I** nclyta, & glorioſa urna. (*o*)
**S** eptem gratiæ lucernis ornatum candelabrum. (*p*)

Ora pro nobis.

(*a*) Dam. (*b*) Cyril. hom. 6. cont. Neſt. (*c*) Bonavent. in Pſal. minor. (*d*) Andr. Cret. (*e*) Ildeph. ſerm. 3. Aſſ. (*f*) Dam. orat. 1. de Nat. Virg. (*g*) Ephr. orat. de laud. Virg. (*h*) Epiph. in Octav. Corp. Chriſti. (*i*) Heſich. orat. 2. de Virg. (*k*) Epiph. orat. de laud. Virg. (*l*) Bonav. in ſpec. Virg. c. 2. (*m*) Thaum. ſer. 1. de Aſſ. (*n*) Menæa 27. Jan. ode 5. (*o*) Geor. Nicom. (*p*) And. Hieroſ. ſalut. ad Virg.

# ROSA MYSTICA.




Carpit odoratum ſcarabæus, apiſquè Roſetum,
Mors, ſcarabæe, roſa eſt, vita, meliſſa, tibi;
Virgo MARIA bonis, reprobiſquè benigna pateſcis:
MORS EST illa MALIS, eſt quoq; VITA BONIS.

## ROSA

R oſa myſtica,
O doris ſuaviſſimi nardus. (*a*)
S uavior balſamo. (*b*)
A reola ſanctorum aromatum à cœleſti conſita pigmentario. (*c*)

Ora pro nobis.

(*a*) Bernar. ſerm. 4. Aſſumpt. (*b*) Laur. Juſt. de caſto con. c. 9. (*c*) Bern. de pre. ad Virg.

## MYSTICA,

**M**yrrha maris. (*a*)
**I**nter ſpinas lilium. (*b*)
**S**pecioſis floribus vernans campus. (*c*)
**T**hus redolens in diebus æſtatis. (*d*)
**J**eſſe virga ſemper florens. (*e*)
**C**ollis thuris pretioſi. (*f*)
**A**eterni Patris hortus. (*g*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Epiph. orat. de laud. Virg. (*b*) Cantic. 2. (*c*) Bern. de pre. ad Virg. (*d*) Eccl. 49. (*e*) Chryſip. Hie. (*f*) Rup. 7. de Divin. Offic c. 25. (*g*) Chryſip. orat. ad Virg.

# TURRIS DAVIDICA.




Montibus in celſis eſt turris TUTA LATENTI,
Dùm vigil ad prædas inſidiator obit;
Hæreſis infeſtis apponat tela pharetris,
Infernuſquè fremat; Virgo MARIA, teget.

## TURRIS

Turris Davidica,
Urbs fortitudinis. (*a*)
Refugium tutum Chriſtianorum. (*b*)
Regis excercituum vivens civitas. (*c*)
In te ſperantibus clypeus. (*d*)
Serpentis caput conterens Mulier. (*e*)

Ora pro nobis.

(*a*) Prov. 10. (*b*) Bonav. de pre. Mar. 2. (*c*) Dam. de dorm. Mar. (*d*) Prov. 10. (*e*) Rup. in c. 3. Geneſ.

DA-

# DAVIDICA,

D iſſipatrix maledictionis primigeniæ. (*a*)
A ſylum Dei ad inhabitandum tutiſſimum. (*b*)
V allum fidelium. (*c*)
I nvictiſſimum propugnaculum fidei noſtræ. (*d*) (*e*)
D efenſionis noſtræ funiculus coccineus.
I n vertice montium mons Domini. (*f*)
C aſtellum muro undiquè vallatum, ad quod nullus fuit acceſſus libidini. (*g*)
A nimata civitas, de qua glorioſa dicta ſunt. (*h*)

Ora pro nobis.

(*a*) Menæa 15. Jan. in Veſp. (*b*) And. Cret. orat. de Annunt. (*c*) Ephr. de laud. Virg. (*d*) Ephr. hom. de Aſſumpt. (*e*) Joſ. 1. Rupert. 4. in Cantic. (*f*) Greg. Mag. 1. Reg. (*g*) S. Anſel. 1. tom. in Evang. Luc. 10. (*h*) Chryſoſt.

TUR-

# TURRIS EBURNEA.




Nobile ebur niveô ſemper candore triumphat,
 CANDIDA CANDIDULIS uſquè placere ſolent;
Fare, age: gignis ubi ter felix Anna MARIAM,
 Turrem tu niveam gignis, an ædificas?

## TURRIS

Turris eburnea,
Umbroſus mons electum Dei populum adumbrans. *(a)*
Refugij civitas. *(b)*
Recurrentium ad te univerſorum Chriſtianorum firma ſalus. *(c)*
In Hieroſolymis refugium. *(d)*
Sion, in qua homo natus eſt. *(e)*

Ora pro nobis.

*(a)* Andr. Cret. *(b)* Dam. de dorm. Mar. *(c)* Ephr. *(d)* Juſt. de Caſt. Conn. c. 9. *(e)* Aug.

# EBURNEA,

Ex lapide Jaſpide ſtructura muri. (*a*)
Bene munita turris, ex qua mille clypei pendent. (*b*)
Vexillum fidei. (*c*)
Reſplendens glorioſè in cœlo vas caſtrorum. (*d*)
Noſtræ fidei turris. (*e*)
Excellens thronus, de quo procedunt fulgura, & voces. (*f*)
Ad pugnandum præparatum tabernaculum Chriſti. (*g*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Apoc. 21. (*b*) Cantic. 4. (*c*) Ambr. ſer. 3. inf. oct. paſ. (*d*) Eccl. 43. (*e*) Bernard. de Nat. Mar. (*f*) Apoc. 4. Bern. ſerm. de Virg. (*g*) Guerricus.

# DOMUS AUREA.




O miſeri Evigenæ! quos culpa his detinet oris,
Vos capit inſtabili pervia fine domus;
Sperne homo terrenam, Domus aurea, Virgo MARIA eſt,
Cœleſtem hanc aulam, SI PLACET, INGREDERE.

## DOMUS

**D**omus aurea,
**O**mnis virtutis habitaculum. *(a)*
**M**agnificum hoſpitium Dei. *(b)*
**V**erbum Dei decens domicilium. *(c)*
**S**aphirinus thronus ſuper firmamentum. *(d)*

Ora pro nobis.

(*a*) Dam. 4. fid. c. 15. (*b*) Ambr. lib. 2. de inſtit. Virg. (*c*) Dam. 4. fid. c. 14. (*d*) Ezech. 1. Bern. tom. 1. ſer. 51.

## AUREA,

**A**ula cœleſtis. *(a)*
**U** mbraculum Dei. *(b)*
**R** egis Angelorum animatum palatiũ. *(c)*
**E** xcelſum, & elevatum ſolium, ſuper omnes creaturas. *(d)*
**A** ureum reclinatorium. *(e)*

Ora pro nobis.

(*a*) Ambr. lib. 10. (*b*) Bonavent. in Lit. Virg. (*c*) Andr. Hier. orat. 2. Aſſumpt. (*d*) Guerricus. (*e*) Dam. ſer. de Annunt.




FOE-

# FOEDERIS ARCA.




Sacrilegâ dextrâ Oza Arcam NE TANGE, PERIBIS,
Lethali ecce manus obſtupuêre gelu;
An MARIÆ maſtix naſcentis Numinis Arcâ
Audet adhuc fœdas contemerare manus.

## FOEDERIS

F œderis Arca,
O rnata Arca cœleſti auro. (*a*)
E xcipiens Arca totius Sanctitatis theſaurum. (*b*)
D ei Arca. (*c*)
E vangelium retinens Arca. (*d*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Ambr. (*b*) Chryſip. orat. de Virg. (*c*) Bernard. tom. 2. ſerm. 42. (*d*) Ambr.

**R** atione prædita arca Chriſti. (*a*)
**I** ncorruptibilis vitæ arca, univerſum Trinitatis complimentum habens. (*b*)
**S** acra, & animata arca Dei viventis. (*c*)

## ARCA.

**A** rca Sanctificationis. (*d*)
**R** efulgens arca intus, foriſquè Virginitatis fulgore. (*e*)
**C** œleſte manna portans arca. (*f*)
**A** rca Sacramentorum Dei. (*g*)

Ora pro nobis.

(*a*) Chryſ. (*b*) Heſich. (*c*) Dam. de Nat. Virg. ſer. 2. (*d*) Leo Imper. de Dorm. Virg. (*e*) Ambr. (*f*) Heſich. (*g*) Ildeph. ſerm. 1. de Aſſumpt.

# JANUA COELI.




Quæ Paradiſiacum munivit janua campum,
Heu dolor! Eva, tuô crimine clauſa fuit,
Pandet Ave Angelicum, Quod quondã Clauserat Eva,
Facta etenim Porta eſt, Virgo Maria, poli.

## JANUA

J anua Cœli,
A rcus patens cœleſtis portæ. (*a*)
N oſtra ſcala ad Deum. (*b*)
V itæ porta. (*c*)
A pertura januarum paradyſi. (*d*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Bonav. in ſpec. c. 14. (*b*) Aug. ſerm. 11. de Nat. Dom. (*c*) Anſel. de pre. ad Virg. (*d*) Hym. Græc. ap. But. pag. 119.

Clavis cœlorum. (*a*)
Orientalis porta. (*b*)
Emittens porta Regem. (*c*)
Lucis porta fulgida. (*d*)
Janua ſalutis. (*e*)

Ora pro nobis.

(*a*) Ephr. orat. ad Virg. (*b*) Ezech. 44. Heſich. orat. 2. (*c*) Ambr. (*d*) Eccleſ. in hym. (*e*) Anſel. de pre. ad Virg.

# STELLA MATUTINA.




Sit licèt obſcurum; NOX UNA, AT LUMINA MILLE,
Solis ad occaſum, ſidera luce beant;
Nox ſcelerum nos alta premit: tamen una MARIA
Mille oculos nobis ſemper aperta gerit.

## STELLA

**S**tella matutina,
**T**enebrarum expultrix. (*a*)
**E**lecta ut ſol. (*b*)
**L**una plena, quæ nunquam deficit. (*c*)
**L**ucifer rutilans. (*d*)
**A**urora conſurgens. (*e*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Sergius Hieroſ. (*b*) Ildeph. ſerm. 4. Aſſumpt. (*c*) Sinaita l. 6. contemp. in Geneſ. (*d*) Ephr. de laud. Virg. (*e*) Cantic. 6. Rup. ibid.

# MATUTINA,

M ulier duodecim ſtellis coronata. (*a*)
A byſſus luminis. (*b*)
T ota lucida nubes. (*c*)
V eri ſolis expreſſiſſima imago. (*d*)
T otius orbis lumen. (*e*(
J ubar eorum, qui ſiti ſunt in tenebris. (*f*)
N ova ſtella ex Jacob orta, cujus radius univerſum orbem illuminat. (*g*)
A micta ſole. (*h*)

Ora pro nobis.

(*a*) Bernar. (*b*) Bern. ſerm. de verb. Apoc. (*c*) Andr. Cret. Bonav. in ſpec. c. 10. (*d*) Ephrem. de laud. Virg. (*e*) Germ. Conſt. (*f*) Bern. (*g*) Bonav. in ſpec. c. 14.

# SALUS INFIRMORUM.




Ne fugias , quàmvis ſit AMARIS potio AMARA,
Cùm redimat longis pota medela malis ;
Virgo MARIA ſuis perſæpè immittit amara,
Aſt hæc materni pondus amoris habent.

## SALUS

**S** alus infirmorum,
**A** rmarium vitæ. (*a*)
**L** umen cæcorum. (*b*)
**V** ulnerum immedicabilium curatio. (*c*)
**S** piraculum hominis. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Chryſip. orat. de Virg. (*b*) Bern. ſerm. 2. in Salve. (*c*) Germ. Conſt. de orat. Virg. (*d*) Idio. contempl. c. 5.

# INFIRMORUM.

I ntroitus vitæ. (*a*)
N oſtræ vitæ præſes. (*b*)
F ons immortalitatis. (*c*)
I mmarceſſibilis vitæ theſaurus. (*d*)
R efrigeratio ſudorum. (*e*)
M edicamentum omnium dolorum. (*f*)
O leum effuſum. (*g*)
R oſa ſalutifera. (*h*)
V ita omnium viventium. (*i*)
M ortis deſtructio. (*k*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Ildeph. ſerm. 4. Aſſumpt. (*b*) Sedul. lib. 2. (*c*) Cret. hom. 2. Aſſumpt. (*d*) And. Hiero. hom. 2. Aſſumpt. (*e*) Dam. (*f*) Dam. de Dor. Deip. (*g*) Bern. ſerm. de verb. Apoc. (*h*) Bern. de B. Virg. (*i*) Cret. in miſſus eſt. (*k*) Bonav. in ſpec. c. 12.

RE-

# REFUGIUM PECCATORUM.




Qui malè Noeticam tardus neglexerat Arcam,
Submerſus perijt: SIT TIBI CHARA, precor;
Extra hanc nulla ſalus Arcam eſt, extraq; MARIAM,
Illa ſalus paucis, pluribus iſta fuit.

## REFUGIUM

Refugium peccatorum,
Errantium congregatrix. (*a*)
Fidejuſſio Divinarum reconciliationū. (*b*)
Venia peccatorum. (*c*)
Gratioſa patrona virorum pariter, atque mulierum. (*d*)
Inexhauſtus fons remiſſionis. (*e*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Bonav. in hym. Te Virg. (*b*) And. Cret. 2. de Aſſumpt. (*c*) Bern. ſerm. 1. in Salve Reg. (*d*) Ephr. (*e*) Dam.

Uni-

Univerſæ terræ propitiatorium. (*a*)
Magnes attrahens dura corda hominum. (*b*)

## PECCATORUM.

Portus peccatorum tranquillans. (*c*)
Evæ reparatio. (*d*)
Converſorum dulce ſolamen. (*e*)
Commune reconciliatorium. (*f*)
Arcus fœderis, in nubibus cœli. (*g*)
Titulus nobiliſſimus noſtræ libertatis. (*h*)
Opitulatrix periclitantium. (*i*)
Revocatio Adæ. (*k*)
Uberrimus fons propenſionis filij erga genus humanum. (*l*)
Mediatrix inter Deum, & hominem intercedens. (*m*)

Ora pro nobis.

(*a*) Ephr. hom. de Aſſumpt (*b*) Brig. in revel. lib. 3. c. 32. (*c*) Dam. orat. 1. de Nat. (*d*) Ildeph. in oct. Aſſumpt. (*e*) Ephr. de laud. Virg. (*f*) Cret. orat. de Aſſumpt. (*g*) Bonav. in ſpecul. c. 14. (*h*) Ildeph. de Virg. Mar. c. 12. (*i*) Ephr. orat. de laud. Virg. (*k*) Theopha. hym. de Annunt. (*l*) Method. (*m*) Baſil.

CON-

# CONSOLATRIX AFFLICTORUM.




Fluctuat in medijs jactata carina procellis,
FIRMAT at INSTABILEM hic anchora fixa ratem;
Corpore mens ægro nutat, trepideque vacillat,
Spem cape, nam firmat Virgo MARIA animum.

## CONSOLATRIX

Conſolatrix afflictorum,
Opes noſtræ mendicitatis. (*a*)
Naufragantium portus. (*b*)
Salus deſperantium. (*c*)
Oppreſſorum auxilium. (*d*)

Ora pro nobis.

(*a*) Germ. conſt. in Encom. Virg. (*b*) Juſt. de caſt. Con. c. 9. (*c*) Juſt. de caſt. Con. c. 9. (*d*) Ephr.

Le-

Levamen moleſtiarum unicum. (*a*)
Ablutio lachrymarum noſtrarum. (*b*)
Tranſmutatio calamitatum. (*c*)
Requies gemituum noſtrorum. (*d*)
Indigentium adjutrix. (*e*)
X { clauſorum liberatrix ſaluberrima. (*f*)
ſolatium peregrinationis noſtræ. (*g*)

AFFLICTORUM.

Allevatio dolorum. (*h*)
Fida anchora in tempeſtatibus. (*i*)
Feliciſſima cauſa vitæ. (*k*)
Liberatio lachrymarum Evæ. (*l*)
In omnibus auxiliatrix noſtra apud tuum filium. (*m*)
Cordis noſtri irrorans aſperſio. (*n*)
Terror malignorum ſpirituum. (*o*)
Orphanorum Mater. (*p*)
Redemptio captivorum. (*q*)
Veſtimentnm nuditatis noſtræ. (*r*)
Mammilla parvulorum. (*s*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Dam. de dorm.Mar. (*b*) Germ. conſt. in Encom.Virg. (*c*) Germ. Conſt. (*d*) Germ. de vita Virg. ap. Lipp. (*e*) Andr. Cret. orat. de Aſſumpt. (*f*) Ephr. orat. ad Virg. (*g*) Juſtin. de Nat. Virg. (*h*) Germ. Conſt. (*i*) Cret. in miſſus eſt. (*k*) hym. Græc. ap. But. pag. 124. (*l*) Ildeph. oct. Aſſumpt. (*m*) Ephr. (*n*) Germ. Cōſt. de vita Virg. (*o*) Bonav. in hym. Te Virg. (*p*) Bonav. in Lit. Virg. (*q*) Epiph. orat. de Lit Virg. (*r*) Germ. conſt. de obit. Virg. (*s*) Bonav. in Lit. Virg.

# AUXILIUM CHRISTIANORUM




Hoſtibus obijcitur clypeus, DEFENDIT amicum,
Sit LICET OFFENSUS, membraq; tuta tegit,
Virginis in caſtris miles ſum: cedite ſcuta:
Pro centum clypeis, Virgo MARIA mihi eſt.

## AUXILIUM

**A**uxilium Chriſtianoum,
**V**ehiculum ad Deum noſtrarum animarum. (*a*)
**X** { cauſa, & parens bonorum omniũ. (*b*)
ſalus firma univerſorum Chriſtianorum, ad te ſincerè, & verè recurrentium. (*c*) }

Ora pro nobis.

(*a*) Bern. ſerm. de Nat. Virg. (*b*) Dam. (*c*) Ephr.

Interemptrix omnium hæreſum. *(a)*
Longe maximum tabernaculum gratiarum DEI. *(b)*
In miſericordia præparatum Dei ſolium. *(c)*
Uberrima ſcaturigo Benedictionis. *(d)*
Mater plus diligens, quàm mater carnalis. *(e)*

CHRISTIANORUM.

Cauſa rerum, ad quàm omnes reſpiciunt. *(f)*
Hæreticam univerſam pravitatem ſola conterens. *(g)*
Regia mater de univerſa natura bene merita. *(h)*
Inter nos poſitum Dei tabernaculum. *(i)*
Sceptrum orthodoxæ fidei. *(k)*
Templum miſericordiæ Dei. *(l)*
In præſenti vitæ curſu fervens protectrix. *(m)*
Adjutrix unica auxilio deſtitutorum. *(n)*
Noſtra Benefactrix. *(o)*
Obſes fidei noſtræ. *(p)*
Ratio tota ſpei noſtræ. *(q)*
Vigilantiſſima cuſtos hominum. *(r)*
Mater omnium credentium. *(s)*

Ora pro nobis.

(*a*) Juſt. ſerm. de Annunt. (*b*) And. Cret. (*c*) Iſa. 16. Bon. in ſpec. c. 8. (*d*) Damia. (*e*) Bonav. in ſpec. c. 3. (*f*) Bern. (*g*) Bern. (*h*) Dam. (*i*) Apoc. 14. (*k*) Chryſoſt. (*l*) Auguſt. ſerm. 2. Aſſumpt. (*m*) Ephr. (*n*) Ephr. (*o*) Baſ. (*p*) Aug. in Gen. c. 28. (*q*) S. Bern. ſer. de Nat. B.V. (*r*) Bonav. in Car. Lit. A. (*s*) Amb. apud Bonav. in ſpec. c. 10.

REGI-

# REGINA ANGELORUM.




Phœnicem reliquæ volucres COMITANTUR OVANTES
Primum turba volans cedit honore locum,
Majori plauſu, Regina MARIA, novenus
Excipit Angelicus, Te, pia Virgo, chorus.

## REGINA

Regina Angelorum,
Evecta inter choros Angelorum. (*a*)
Glorioſior Angelis. (*b*)
Ipſis Cherubin, Seraphin, & omni exercitu Angelico formoſior. (*c*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Petr. Dam. ſerm. de Aſſumpt. (*b*) Petr. Dam. ſer. 4. (*c*) Epiph. orat. de laud. Virg.

Novem ordines Angelorum in gratia præcellens. (*a*)
Angelorum ſpeculum. (*b*)

ANGELORUM.

Angelos, & homines ſola ſolidiore lumine illuſtrans. (*c*)
Noviſſimum Canticum Cherubin. (*d*)
Gratiâ, plenitudine, & familiaritate Dei, & puritate, Angelos excellens. (*e*)
Exercitibus cœleſtibus præſtantior. (*f*)
Lucis æternæ mater, in cœlis illuminans omnes Angelorum choros. (*g*)
Omnium Angelorum ſtupenda admiratio. (*h*)
Regiam principatuum prærogativam exſuperans. (*i*)
Virgo, quam beatam prædicant, omnium Angelorum, & terreſtrium Hierarchiæ. (*k*)
Meritorum verticem ſuper omnes Angelorum choros, uſq; ad ſolium Deitatis erigens. (*l*)

Ora pro nobis.

(*a*) Guil. Pariſ. in Roſ. aur. (*b*) Trex. de perſec. p. 1. c. 15. (*c*) Pet. Dam. ſerm. de Aſſ. (*d*) Ephr. de prec. ad Virg. (*e*) D. Thom. opuſc. 4. (*f*) Greg. Nazi. in Trag. Chri. patien. (*g*) Epiph. de Laud. Virg. (*h*) Epiph. orat. de Laud. Virg. (*i*) Adam. præmonſt. lib. 1, ſer. 34. n. 2. (*k*) S. Athan. ſup. Evang. de Deip. (*l*) S. Greg. in lib. 1. cap. 1. Reg.

# REGINA PATRIARCHARUM.




Inter ut umbriferæ prægrandia pignora ſylvæ
SUBLIMIOR RELIQUIS palma triumphat ovans.
Sic ſæcli antiqui, Regina MARIA, perennis
Es fulgor, Patrum laus, honor, atque decor.

## REGINA

Regina Patriarcharum,
Elia zeloſior. (*a*)
Generoſo belli duce, Joſue fortior. (*b*)
Joſepho caſtior. (*c*)
Noe juſtior. (*d*)
Abele innocentior. (*e*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Hugo de S. Virg. ſerm. 35. (*b*) Ibid. (*c*) Ibid. (*d*) Ibid. (*e*) Ibid.

# PATRIARCHARUM.

P roavorum titulis clarior. (*a*)
A brahamo in fide conſtantior. (*b*)
T olerantior, quàm Jacob. (*c*)
R egium decus Patriarcharum. (*d*)
I ndeſinens oblectatio Patriarchis. (*e*)
A bſtinentior, & continẽtior Daniele. (*f*)
R egia Virgo, Patriarcharum merita excedens. (*g*)
C haritatem majorẽ habens Samuele. (*h*)
H umilior Davide. (*i*)
A Patribus præfigurata Virgo. (*k*)
R eſonans præconium Patrum. (*l*)
U nica ſpes Patrum. (*m*)
M anſuetior Moyſe. (*n*)

Ora pro nobis.

(*a*) P. Dam. ſerm. 47. de Nat. B. M. V. (*b*) Hugo de S. Vic. ſerm. 35. (*c*) Ibid. (*d*) Andr. Hiero. Salut. Angel. (*e*) Dam. (*f*) Auguſt. de S. Vic. ſerm. 35. (*g*) Laur. Juſt. ſerm. de Nat. Virg. (*h*) Hugo de S. Vic. ſerm. 35. (*i*) Ibid. (*k*) Bern. (*l*) Ephr. (*m*) Ephr. (*n*) Hugo de S. Vic. ſerm. 35.

# REGINA PROPHETARUM.




Sol lucem mutuat lunæ, & ſplendentibus aſtris,
SPLENDOREM À PHOEBO cuncta creata trahunt;
Inter Prophetas agit hoc Regina MARIA,
Quæ arcanorum omnes lumine ſola præit.

## REGINA

R egina Prophetarum,
E xſuperans choros Prophetarum. (*a*)
G loria Prophetarum. (*b*)
I nſpirationũ Divinarum ſequeſtra. (*c*)

Ora pro nobis.

(*a*) Ada. Præm. lib. 1. ſerm. 34. n. 2. (*b*) Ephr. de pre. ad Virg. (*c*) Cel. Conn. Lit. cap. 3. n. 33.

Narratio, & vaticiniũ Prophetarum. (*a*)
Agens prophetidem, & Prophetarum exiſtens complimentum. (*b*)

PROPHETARUM,

Prophetiſſa Prophetarum. (*c*)
Reperta uberius prophetâſſe, quàm omnes Prophetæ. (*d*)
Oraculis annunciata Propheticis. (*e*)
Prophetico afflata ſpiritu, elocuta, Magnificat anima mea Dominum. (*f*)
Hera Prophetarum. (*g*)
Excelſa ſpecula omnium Prophetarũ. (*h*)
Totius Prophetiæ per ſpecula plenitudo. (*i*)
Ante Joannem prophetâſſe inventa Virgo, & Mater Domini. (*k*)
Regia Virgo, à Prophetis Dei prædicta, & promiſſa. (*l*)
Veritas Prophetarum. (*m*)
Magiſtra Prophetarum. (*n*)

Ora pro nobis.

(*a*) Hier. (*b*) Cel. con. Lit. c.3. n.33. (*c*) Rup. lib.3. hom. 8. n. 14. (*d*) Ambr. lib. 2. in Luc. (*e*) Soph. orat. de Aſſ. (*f*) Baſil. ſup. c. 5. Iſai. (*g*) Galat. lib. 7. c. 4. & 12. de art. Cath. veri. (*h*) Ger. Conſt. (*i*) Andr. Cret. ſer. de Nat. (*k*) S. Aug. lib. 17. c. 24. de Civit. Dei. (*l*) Bern. (*m*) Bonav. in ſpec. c. 15. (*n*) Galat. lib. 6. c. 4.

RE-

# REGINA APOSTOLORUM.




Lucida ſiderei quod gloria, Phœbus, Olympi,
  Id nova zodiaci lucida Virgo novi;
Eſt DUODENARUM, Regina MARIA, CORONA
  STELLARUM Auguſtô vertice digna tuo.

## REGINA

Regina Apoſtolorum,
Exſuperans ſenatum Apoſtolorum. (*a*)
Gentium Magiſtra. (*b*)
Incomparabiliter diſertum os Apoſtolorum. (*c*)
Noſtræ Eccleſiæ firmamentum. (*d*)
Apoſtolorum merita excedens. (*e*)

Ora pro nobis.

(*a*) Adam. Præm. lib. 1. ſerm. 34. n. 2. (*b*) Aug. ſerm. 6. de temp. (*c*) Hym. Græc. B. V. ap. But. p. 129. (*d*) Chryſ. Joan. 21. (*e*) Laur. Juſt. ſerm. de Nat. Virg.

A poſtolorum Domina, in quorum prædicatione, ſanctiſſimi Nominis tui ſonus in omnem terram exivit, & manifeſtus factus eſt toti mundo. (*a*)
P ræconium Apoſtolorum. (*b*)
O mnes Apoſtolos in gratia præcellēs. (*c*)
S piritu ſancto cum Apoſtolis repleta, in die Pentecoſtes. (*d*)
T ypus Eccleſiæ ſanctæ. (*e*)
O mnium Apoſtolorum zelum in te habens. (*f*)
L ux gentium. (*g*)
O mnium cordium raptrix. (*h*)
R egia Virgo, quam Apoſtolorum chorus veneratur. (*i*)
V irgo ſacra conſilio, luce doctrinæ, & mirabili vitæ exemplo, collegio præſidens Apoſtolico. (*k*)
M agiſtra Apoſtolorum. (*l*)

} Ora pro nobis.

(*a*) Idiot. lib. de cont. c.5. (*b*) Ephr. (*c*) Guil. Pariſ. in Roſ. aur. (*d*) Aug. ſerm. 10. de tempor. (*e*) S. Bern. ſupra miſſus. (*f*) Ildeph. ſerm. 9. Aſſumpt. (*g*) Bernar. in Salve Reg. (*h*) Greg. (*i*) Greg. lib. de cont. (*k*) Luc. de oct. in Chron. (*l*) Auguſt.

# REGINA MARTYRUM.




Martyribus quantas pœnas, tormenta, tyranni
Sævi inflixerunt, cernere ſigna licet;
Ah! plus perpeſſa es, Regina MARIA, dolori
PAR DOLOR, HAUD ULLUS, qui tua corda ferit.

## REGINA

Regina Martyrum, nas. (a)
Exſuperans purpureas Martyrum coro-
Gravius paſſa mente, quàm omnes Martyres carne. (b)
In cujus intimis viſceribus totus Chriſtus crucifixus eſt. (c)

Ora pro nobis.

(a) Adam. Præm. lib 1. ſerm. 3. n. 2. (b) Rub. vid. in Cant. c. 26. (c) Laur. Juſtin.

Nimio cum dolore ſtans ſub ligno crucis, fructumquè vitæ cum amaritudine contemplando, hominis redemptioni cooperata. (*a*)

Ad quamlibet pœnam ſuſcipiendam parata, ſi percuſſoris manus acceſſiſſet. (*b*)

## MARTYRUM,

Mater in partu dolores effugiens, ut paſſionis tempore ſuſtineres. (*c*)

Acerbius longè cruciata in Jesu per compaſſionem, quàm ſi martyriſata fuiſſes per paſſionem. (*d*)

Roſa Martyrum. (*e*)

Torrente doloris potata. (*f*)

Inter ſpinas lilium. (*g*)

Refulgens ſplendor crucis. (*h*)

Virgo & Mater, cujus animam doloris gladius pertranſivit. (*i*)

Martyr fortiſſima. (*k*)

Ora pro nobis.

(*a*) Joan. Thaum. c. 18. de vita Chriſti. (*b*) Ildeph, ſerm. 2. (*c*) S. Bern. in Laud. Virg. (*d*) Ern. Archiepiſ. Prag. in Mariali. c 69. (*e*) Bonav. in ſpec. c. 2. (*f*) Anath. to. 5. (*g*) Cantic. 2. (*i*) Epiphan. orat. de Laud. Virg. (*k*) Hier. ſerm. de Aſſumpt.

REGI-

# REGINA CONFESSORUM.




Cuncta ſupergreditur montana cacumina Olympus,
Efferri ULTRA OMNES nubibus ille ſolet;
Montibus in Sanctis ſi ſunt, Regina MARIA,
Fundamenta tua, ô quis tibi honoris apex?

## REGINA

**R**egina Confeſſorum,
**E**xemplar Confeſſorum. (*a*)
**G**loria in ſolitudine degentium. (*b*)
**I**ndeſinens lætitia Iſrael. (*c*)
**N**oſtræ Eccleſiæ decus. (*d*)
**A**ltiſſimæ ſpeculationis miraculum. (*e*)

Ora pro nobis.

(*a*) Bonav. in hymn. Te Deum. (*b*) Ephr. de pre. ad Virg. (*c*) Jud. 15. Bonav. in ſpec. c. 15. (*d*) Chryſoſt. (*e*) Epiph. hom. de Laud. Virg.

Corona juſtorum. (*a*)
Omnium ſupernorũ civium ſolatium. (*b*)
Narratio, & gloria piorum. (*c*)
Firmum præſidium converſorum. (*d*)
Electa ſingulariter, & præelecta de numero omnium præelectorum. (*e*)
Speculum Confeſſorum. (*f*)
Stabilimentum Monachorum, atque ſolitariorum. (*g*)
Omniû Electorum Angulus deſiderij. (*h*)
Radix gloriæ Confeſſorum. (*i*)
Virgo, cui non defuit ſobrietas Confeſſorum. (*k*)
Magna arbor, quæ ramos habet ſanctos viros, qui imitatione virtutis, & ſanctitatis propoſito, quodammodo inſerti, longitudine ſpei, & latitudine circumquaq; ſunt diffuſi. (*l*)

Ora pro nobis.

(*a*) Bern. tom. 2. ſerm. 51. (*b*) Bonav. in hymn. Te Virg. (*c*) Ephr. (*d*) Ephr. (*e*) Guerric. (*f*) Bonav. in ſpec. c. 2. (*g*) Ephr. (*h*) Bern. tom. 2. ſerm. 51. art. 2. (*i*) Epiph. de laud. Virg. (*k*) S. Bernar. ſup. miſſus. (*l*) Abſal. Abb. ſerm. de Nat. B.V.

# REGINA VIRGINUM.




Lilia ſunt horti PULCHERRIMA germina FLORUM,
Queîs reliqua inſeruit ſtipite turba minor;
Sic inter caſtas Regina, MARIA, cohortes
Virgineô excelſum lilium honore nitet.

## REGINA

Regina Virginum,
Exſuperans candida Virginum ſerta. (*a*)
Glorioſa Virgo, prælata cunctis Virginum catervis. (*b*)
Illibatæ virginitatis ſingulare decus, & ornamentum. (*c*)

Ora pro nobis.

(*a*) Ada. Præm. lib. 1. ſerm. 30. n. 2. (*b*) S. Aug. ſerm. 4. de Nat. Virg. (*c*) Sergi. Hiero.

Nobi-

Nobiliſſima Princeps Virginitatis. (*a*)
Altiſſimum faſtigium omnium Virginum. (*b*)

## VIRGINUM,

Virginum caput. (*c*)
Inclyta Virginum ſignifera. (*d*)
Regia Virgo, cui cum palmis exultans Virginum exercitus occurrit. (*e*)
Gloria Virginum. (*f*)
Initium Virginum. (*g*)
Nitidum lumen Virginum. (*h*)
Virginitatis Magiſtra. (*i*)
Mater Virginitatis. (*k*)

Ora pro nobis.

(*a*) Epiph. lib. 3. hæreſ. 78. (*b*) Iſai. de Aſſumpt. (*c*) Iſid. Eccl. de affl. (*d*) Dam. in Lit. Deip. (*e*) Joan. Turre Crem. lib de Concep. (*f*) S. Joan. Dam. orat. de Aſſ. (*g*) S. Auguſt. in Tract. 10. in Joan. (*h*) S. Greg. Naz. in Car. de Chriſto. (*i*) S. Ambr. lib. inſtit. Virg. c. 5. (*k*) S. Anſel. lib. de Excell. Virg. cep. ult.

REGI-




Granati pomum SOLÙM PRÆLUSTRE CORONÂ.
Cunctaquè purpureô grana decore nitent;
Sic inter Sanctos, Regina MARIA triumphat,
Regia totius, Virgo, corona Poli.

Regina Sanctorum omnium.
Ex cujus ſplendore poſt filium tota luceſcit civitas Beatorum. *(a)*
Gloria Beatorum. *(b)*
Incomparabiliter glorioſior Domina omnibus ſupernis exercitibus. *(c)*
Nitor, & ornamentũ cœleſtis Hierarchiæ. *(d)*
Arbor magna, in qua habitant cœleſtes Aviculæ. *(e)*

Ora pro nobis.

(*a*) Bern. Sen. to. 1. ſer. 61. ar. 2. (*b*) Dion. Epiſt. ad Paul. (*c*) Ephr. (*d*) Ephr. orat. de Lau. V. (*e*) Bon. in Lit. V.



SAN-

## SANCTORUM

**S**upergrediens omnem cœleſtem creaturã (*a*)
**A** quâ tota cœleſtis curia lætificatur. (*b*)
**N**ullis adæquanda in ſanctitate. (*c*)
**C**ujus detentio in plenitudine Sanctorũ. (*d*)
**T**erreſtrium, cœleſtium, & infernorum Domina. (*e*) (*f*)
**O**mnibus chariſmatibus ſanctorum repleta.
**R**egni Chriſti Diadema. (*g*)
**U**berrimus fons totius ſanctitatis. (*h*)
**M**agnitudine tantâ ſanctitatis pollens, quæ in præſenti vita ad plenum comprehendi non valet. (*i*)

## OMNIUM.

**O**mnium Sanctorum corona. (*k*)
**M**agnificentia, & exultatio cœlorum. (*l*)
**N**on tam communem, quàm eandem cum Filio gloriam habens. (*m*)
**I**n qua, quod ſupra te eſt, ſolus Deus eſt. (*n*)
**U**nica dominatrix ſuper omnes choros exaltata. (*o*) (*p*)
**M**axima Domina, cui omne genu curvatur.

Ora pro nobis.

(*a*) Bern. (*b*) Bern. Sen. tom. 1. ſerm. 61. art. 2. (*c*) Dion. Carth. lib. 1. de Lit. B. Virg. (*d*) Eccleſ. 24. (*e*) Anſel. apud Bonav. in ſpec. c. 3. (*f*) Bonav. in ſpec. c. 1. (*g*) Andr. Cret. de Aſſumpt. (*h*) Meth. de hyp. (*i*) Dion. Carth. lib. 1. de Laud. B. V. (*k*) Ephr. orat. ad Virg. (*l*) Cyr. hom. 6. (*m*) Arn. Carn. de Lit. Virg. (*n*) Anſ. lib. de exord. hum. Vit. c. 7. (*o*) Anſel. apud Bonav. in ſpec. c. 3. (*p*) Arnold. tom. 6.

# AGNUS DEI, QUI TOLLIS PECCATA MUNDI.




En mortale genus, quid non imponitur agno
Manſueto ? ô quantũ ! ô QUÀM GRAVE PORTAT ONUS;
Sarcina totius Mundi ſcelerum premit Agnum,
Nullus onus tantum ſuſtinuiſſet Athlas.

## AGNUS

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi,
Gabrielis Archangeli ore annunciate MARIÆ.
Nate in Bethlehem.
Unis Beatæ Virginis Matris portate.
Sugens lac Matris Virginis.

Parce nobis Domine.

DEI,

Die octavâ circumciſe.
Exoriente novâ ſtellâ duce, à tribus Magis adorate.
In templo præſentate.

QUI

Quæſite ad necem ab Herode.
Unà cum Matre, & Joſepho, in Ægyptum fugiens.
In reditu ex Ægypto, ad templum cum parentibus aſcendens, ibiq; docens.

TOLLIS

Trigeſimo ætatis anno, à Joanne in fluvio Jordane baptizate.
Orans, & jejunans in eremo.
Leviathan tentantem Te abigens.
Leviathan in ſuis tribus tentationibus vincens.
In Apoſtolatum piſcatores aſſumens.
Sermone diſcipulos, & populum, in fide inſtruens.

PECCATA

Patrans miracula.
En ergumenos à dæmone liberans.
Cæcos illuminans.

Parce nobis Domine.

Claudos ambulare faciens.
Auditum ſurdis reſtituens.
Tolerans paupertatem, & injurias.
Apoſtolis præſentibus, in monte Thabor transfigurate.

## MUNDI,

Mortuum Lazarum ſuſcitans.
Urbem Hieroſolymam, ſuper aſinam ſedens, ingrediens.
Noviſſimè agnum Paſchalem manducans.
Diſcipulorum pedes lavans.
Inſtituens ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum.

Parce nobis Domine.

# AGNUS DEI, QUI TOLLIS PECCATA MUNDI.




Nobilis Ara flagra GRATISSIMA VICTIMA Cœlo,
Iſthæc aſtra ſolo victima conciliat;
Tartareas acies, Erebæaquè caſtra triumphat
Agnus; cuncta beans ſidereis opibus.

## AGNUS

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi,
G ethſemani in hortum egrediens.
N on tuam, ſed Patris voluntatem fieri volens.
U ſque ad jactum lapidis à Diſcipulis te in oratione ſeparans.
S anguinem ſudans.

Exaudi nos Domine.

DEI,

## DEI,

Dormientes Diſcipulos excitans.
Excipiens oſculo Judam traditorem.
In vincula, & catenas à militibus conſtricte.

## QUI

Quatuor Judicibus, Annæ, Caiphæ, Pilato, Herodi, præſentate.
Virgis, & flagellis cæſe.
In capite ſpinis coronate.

## TOLLIS

Ter à Petro negate.
Opprobrijs, & contumelijs affecte.
Latroni Barrabæ poſtpoſite.
Lugentes filias Hieruſalem, crucem bajulando, conſolans.
Inter latrones crucifixe.
Super monte Calvariæ, cum ſtipite crucis erecte.

## PECCATA

Paradyſum Latroni promittens.
Eli, Eli Lamma Sabacthani, clamans.
Commendans, Matrem Diſcipulo.
Commendans Diſcipulum Matri,
Aceto, & felle potate.

Exaudi nos Domine.

Totum conſummatnm eſſe, dicens.
Animam in manus Patris commendans.

Exaudi nos Domine.

MUNDI.

Moriens inclinato capite.
Validoclamore exſpirans.
Novo in monumento ſepulte.
Deſcendens ad Patres in Limbo.
Indicans eis redemptionem.

# AGNUS DEI, QUI TOLLIS PECCATA MUNDI,




In medio ſe ſtare Throno vidiſſe Joannes
Agnum, ajt, atquè ſenes concidere in facies:
Clarè dicentes: SUPREMO DIGNUS HONORE eſt
Qui fuit occiſus, gloria, laus ſit ei.

## AGNUS

**A** gnus Dei, qui tollis peccata Mundi.
**G** loriosè tertiâ die reſurgens.
**N** on inventus à mulieribus inviſentibus ſepulchrum.
**U** ti Hortulanus Magdalenæ apparens.
**S** ocium itineris te exhibens duobus in Emaus euntibus Diſcipulis.

Miſerere nobis.

DEI,

De varijs rebus, & locis ſcripturæ, cum illis diſcurrens.
Eis panem frangens.
In fractione panis agnite.

QUI

Quingentis fratribus & ultro apparens.
Undecim Apoſtolis noviſſimè apparens.
In medio eorum ſtans.

TOLLIS

Territos conſolans.
Oſtendens eis manus, & pedes.
Latus apertum Thomæ exhibens.
Locum clavorum monſtrans.
Iterùm Diſcipulis ad mare Tiberiadis te manifeſtans.
Stans in littore, eis dicens, mittite in dextram navigij rete, & invenietis.

PECCATA

Piſces, quos cœperunt, afferri jubens.
Eos ad prandendum vocans.
Cùm prandiſſent, Simonem Petrum ter interrogans, diligis me?

Miſerere nobis.

**C**ontriſtatum Petrum ob trinam inter-
rogationem conſolans, eiq; dicens,
paſce oves meas.

**A**poſtolos,& Diſcipulos foras in Betha-
niam educens.

**T**uis elevatis manibus eis benedicens.

**A**ſcendens ad Patrem.

Miſerere nobis.

## MUNDI,

**M**ittens Spiritum Sanctum.

**V**arijs linguis Apoſtolos, & Diſcipulos
loqui faciens.

**N**oſtram & tuam Matrem ad cœlum aſ-
ſumens.

**D**ivinâ corona Eam coronans.

**I**n extremo die Judicij mundum judica-
ture.

# CHRISTE




Inſtant terrenis infeſta pericula rebus,
Fervent pro damnis prælia, proquè lucris,
Et nihil eſt inter carnalia vota quietum;
Pro nido crux eſt, HIC MIHI SOLA QUIES.

## CHRISTE

C hriſte
H ominis Filius.
R ex Regum, & Dominus Dominantium.
I n quo habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter.

} Audi nos.

S emen

Semen Abrahæ.
Teſtamenti Dei arca,
Ex Jacob orta ſtella. } Audi nos.

CHRISTE

Chriſte
Honorificatus, & à Deo electus lapis vivus.
Rex gloriæ.
In quo poſuit Deus iniquitatem omniũ noſtrum.
Sponſus dilectus, candidus, & rubicundus, electus ex millibus.
Templum, & lucerna civitatis ſanctæ.
Epiſcopus, & Paſtor animarum noſtrarum. } Exaudi nos.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c. Ave Maria, &c.

ORATIO.

SUb tuum præſidium confugimus ſancta Dei genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus noſtris, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper Virgo glorioſa & benedicta. Domina noſtra, Mediatrix

diatrix noſtra, Advocata noſtra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repræſenta.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

## ORATIO.

GRatiam tuam, quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde, ut qui Angelo nuntiante Chriſti Filij tui incarnationem cognovimus, per paſſionem ejus, & Crucem, ad Reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Chriſtum, Dominum noſtrum, Amen.

℣. Ora pro nobis beatiſſime Joſeph,

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

## ORATIO.

SAnctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, ejus nobis interceſſione donetur. Qui vivis, & regnas, in ſæcula ſæculorum, Amen.

FINIS.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

o Filio no
da, tuo Fi-

rix.
ibus Chri-

Domine,
t qui An-
tui incar-
nem ejus,
um perdu-
Dominum

,
bus Chri-

nsi, quæ-
mur : ut
tinet, ejus
vivis, &
n,

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

(**Abraham a S. Clara, pseud.:**) **Th. Mariophilus.** Stella ex Jacob orta Maria, Cujus Sacrae Litaniae Lauretanae Tot Symbolis, quot Elogijs, quot literae In quovis Titulo numerantur. Wien, Voigt für Groner, 1680. 8⁰. **Titelkupfer v. J. Hoffmann nach M. Hoffmann,** Tit., 55 unn. Bll. **mit 53 Emblemkupfern v. J. Hoffmann nach M. Hoffmann.** Hldr. um 1800. (~~6000.—~~)

Jantz, German Baroque Literature I, S. 44, 338; Praz (2. Aufl. S. 241 ff., mit abweichender Kollation. Vgl. Bertsche 18a. In keiner anderen Bibliographie nachweisbar. — **Erste Ausgabe** des ersten Emblem-Buches v. Abraham a S. Clara. **Von allergrößter Seltenheit!** Die besonders schönen Emblemkupfer fein u. sauber gestochen. Die rot gedruckten Anfangsbuchstaben jeder Seite ergeben von oben nach unten gelesen d. jeweilige Versüberschrift. — Bertsche kennt nur e. Ausgabe v. 1684, der er unter 18b eine dt. Ausgabe mit d. Titel „Stern, so auß Jacob auffgangen...“ hinzufügt. Das zweite bekannte Expl. der Harvard College Library wird v. Praz mit falscher Kollation angegeben (60 Bll.). Jantz gibt am Schluß 1 w. Bl. an. — Vereinzelt leicht braun- bzw. fingerfleckig. Vors erneuert. Einbd. minimal beschabt.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg